

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7412

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Charroux, Saint-Sauveur (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1180-1189]

**Lieu d'émission :** La Flèche

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Acte de Henri II confirmant l'abolition par Audebert, comte de la Marche, des mauvaises coutumes établies par lui sur des terres de l'abbaye de Charroux.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCXXXIII, t. 2, p. 360-361.

## Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 361. Souscription de Guillaume du Hommet, connétable depuis 1179 ; Henri II n'est revenu en Normandie qu'en 1180.

Texte établi d'après a

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, senescallis, prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Karrofensi et monachis ibidem Deo servientibus concessionem quam Audebertus comes Marchie eis fecit, scilicet remittendo pravas consuetudines quas imposuerat in terra et hominibus Sancti Salvatoris, pro malis que fecerat ecclesie predicte, vineas quoque quas abstulerat, exactiones universas quas in vico abbatis, in mensuris tam vini quam rerum ceterarum, querebat ; quedam etiam in Villa Solaria, que auferebat ; in quadrigis, illud quod rotagium vocant ; linorum terragium ; deditque ecclesie, Deo et Sancte Virtuti, in confraternitate Sancti Salvatoris, trium dierum nundinas, duasque eminas salis etiam recognovit, unam quam reddebat et alteram subtrahebat, quam Almodis comitissa, amita Audeberti, ecclesie in helemosinam dederat ; operaria etiam circa monasterium que vulgo dicuntur estaus, quos (sic), culpam suam recognoscens, fieri, sicut confessus est, injuste prohibebat abbati et capitulo, ut amodo libere faciant permisit atque concessit. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia Karrofensis et monachi in ea Deo servientes omnia prescripta, que prefatus comes Audebertus concessit eis et remisit, habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plen[ari]e et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut concessit eis et remisit, et sicut carta ejusdem comitis testatur.

Testibus : Ricardo vicecomite de Bello Monte, Willelmo de Humetis constabulario, Mauricio de Creon, Stephano de Turonis senescallo Andegavie, Joisberto de Preissinneio, Aymerico filio Ibbon., Hugo[ne] Calleo.  
Apud Fissam.